



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXI. Duo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

VII.

In dubiis casibus semper sequi debemus illam opinionem, quæ magis faveat publicæ utilitati. Bart. & Dd. in l. 1. §. 1. ff. sol. matr. Marant. disp. 4. quæst. leg. n. 20. p. 431.

VIII.

Dubium dicitur, quod potest referri ad utrumque significatum. l. ita fidei 40. ff. de jure fisci. gl. in l. veteribus. ff. pacti. Bart. in l. ab exemptione. num. 7. circa medium. de appellat. Felin. in cap. clamor. col. fin. vers. ultimo suas. de test. Aretin. conf. 84. num. 5. Corn. conf. 30. num. 7. vol. 3. Tiber. Ceraf. conf. illustr. 9. vol. 3. n. 1.

IX.

DUBIA in meliorem partem sunt interpretanda, l. cum creditor 55. ff. de furt. l. proxime 3. ff. de us. græ in testam. delentur. fac. l. 7. pr. & §. 4. de furt. Coll. Arg. eod. tb. 12. num. 36. cap. elote. 2. de Regulis Juris. [Quia in dubiis semper benigniora præsumenda. cap. ult. de præsumpt. l. pen. de pen. l. semper 56. ff. de Regulis Jur. nec unquam capi debet præsumptio delicti. l. merito 51. ff. pro soc. sed potius actus indifferens juxta leges factus, quam contra Leges. Hyppolit. in l. 1. num. 68. C. ad Leg. Corncl. de fidei. & in rubr. de fideiuss. num. 41. Jason. in l. post dotem n. 22. solut. matr. Menochius conf. 95. n. 61. Alex. conf. 30. lib. 7. Roman. conf. 113. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præf. 1. Wesenb. 1. conf. 33. n. 26. Vid. & Aldret. de relig. disciplina tuenda, lib. 2. cap. 4. n. 23. Francisc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 16. num. 2. Farinac. in praxi crimin. part. 2. quæst. 85. n. 27. cum seqq. ubi limitat. & de falsitate quæst. 187. n. 11. vers. quæro etiam. Ubi hanc conclusionem etiam in hæresis crimine procedere, ait Joannes Marianus Novar. quæstion. forens. lib. 1. quæst. 143. n. 21. Thomas de Thomasset. in floribus Legum, regula 445.

In dubiis tutior pars est eligenda, l. si fuerit 10. §. ult. ff. de rebus dub. cap. juvenis, de sponsalib. cap. ad audientiam. de homicid. Covarr. in cap. alma mater. part. 1. §. 2. num. 5. casu 1. & de sponsalib. part. 1. cap. 4. §. 1. n. 9. Navarr. in man. cap. 27. num. 139. Ubi intelligit præcipuè, quando agitur de salute animæ, Emman. Roder. in sum. tom. 2. cap. 51. n. 6. conclus. 4. Vasq. 1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 65. cap. 3. & disp. 66. cap. 1. Salas 1. 2. quæst. 26. tract. 8. disp. univ. sect. 17. num. 152. Sayr. de censur. l. 1. cap. 16. n. 30. casu 1. & lib. 6. cap. 2. num. 16. Flores de Menad. lib. 1. quæst. 9. num. 18. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 41. num. 9. Joan. Maria Novar. quæst. forens. lib. 1. quæst. 14. numero 12.

In dubiis conventionibus contra dan-

tem fit interpretatio, l. veteribus 40. ubi Bart. ff. de pactis. l. stipulatio ista 38. §. alteri 17. vers. in stipulationibus, ff. de verb. oblig. l. Labco scribit 21. ff. de contrab. empt. l. quicquid adstringens 99. ff. de verbor. obligat. Menoch. conf. 110. num. 36. & conf. 179. num. 19. Surdus de alim. tit. 6. quæst. 1. num. 26. & decis. 322. n. 63. Dn. Barbosa in l. si quis intentione ambigua 66. n. 28. ff. de judic.

DUBIUS ab ignorante non distat, l. manifestissimi 22. §. si autem nescius & dubitans. 2. C. de furtis. Gam. Lusit. decis. 265. num. 17. ubi num. 47. & 62. limitat, ubi dubitans tenetur inquirere, & de facili potuit certificari. Francisc. Becc. conf. 111. num. 11. idem Surdus conf. 379. nu. 16. & conf. 528. num. 43. Decianus conf. 39. num. 21. volum. 2. Sfort. Odd. de restitut. in integr. part. 1. quæst. 8. artic. 9. quæst. 47. Farinac. fragment. crimin. part. 2. lit. 1. num. 96. v. supra de Dubitante.

CAP. LX. De Duello.

Principes inter se de regno, principatu territorio litigantes duellum possunt suscipere ad sapiendam causam Vasq. L. 1. q. 29. Privata verò duella sunt illicita, & provocans si provocatum occiderit, tenetur poenâ ordinariâ; si vulneraverit, punitur arbitrio judicis, etsi provocationi ansam dederit provocatus. G. Obrecht. Tract. de defens. cap. 11. n. 56. Berl. P. 4. Concl. 16. n. 11. Provocatus verò provocantem tantum vulnerans, ne quidem ad expensas curationis tenetur, salva tamen multa magistratus: occidens provocantem non punitur ordinariè. Berl. P. 4. Concl. 17.

CAP. LXI. Duo.

Duo vel plura unita plus ponderis habent, faciliusque aliquid operantur quam unum. Auth. cessante. C. de legit. hered. §. sed hodie insit. de adopt. cap. non potest. de præbend. Dd. in l. 1. C. de pacti. l. cum in adoptivis 10. in princ. C. de adopt. cap. inter corporalia, vers. unde cum non sit, de translat. Episcop. cap. 1. de Trenga & pac. Bald. in l. cum in adoptivis. Cravett. conf. 960. num. 17. vers. & quod de vinculo. & num. 18. Curt. sen. conf. 66. n. 17. Regn. Sixtin. 2. conf. Marp. 11. n. 48.

CAP. LXII. Duplex. Axioma I.

Duplex damnum nemo debet sustinere. Novell. 59. Vide infra cap. pena.

II.

Duplex auxilium & lucrum si deferatur ex diversis